



17

LAVDES ANNÆ,
PERILLVSTRIBVS, REVERENDISSIMIS,
ANTIQVITATE GENERIS & VIRTVTVM
PRÆSTANTIA FVLGENTISSIMIS,
INCLVTI DVCATVS MAGDE-
BVRGICI,
ORDINIBVS,

IN ALMA FRIDERICIANA,

IPSI IANVARII CALENDIS

SVB

CIO IDCCCXIX.

ANNI AVSPICIVM,

DEMISISSIMO MENTIS OBSEQVIO, & QVO PAR EST ANIMI
ADEFECTV CVLTVQVE,

HEROICIS GRATVLABVNDIS,

DICTAE, DICATAE

A

MEMBRIS MENSARVM PROVINCIALIVM.

HALAE MAGDEB.

Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typogr.





Agnos magna decent: Augustos rite Marones
Altifono recolunt modulantes gutture. Fa-
mam

Orbis ad oppositas terras & sidera notam
Si tuba rauca canat, minuit, non auget hono-
rem.

Verbis verba damus. Virtus heroica prodens
Facta benigna, sonos & sesquipedalia spernit
Carmina. Magnificis at re magis apse rependi
Munera muneribus cupiunt; Tutamina gemmis.
Magnos magna decent. O FRIDRICIANA valeres
Viribus & donis expansi Numina Regni
Hac placare die, tua quae doctissima Pindi
Culmina conseruant Aquilae secura sub umbra.
Exoptata dies properat sacrata quotannis,
Laudibus ingenuis ac auri sueta talentis
Diuos regnorum donare fideliter almos.
Annus expletis renouatur mensibus orbis:
Auroramque nouam reddunt vertentis adusti
Iam Phaëtonis equi. Radiis bona tempora signant.
O vtinam, pergo, iustis efferre cothurnis
Regales laudes; Conflatas aere lebetas
Clementi patriae posses offerre Parenti!
Flammis corda flagent; votis & pectus anhelat

Anticipare vices Musarum nomine dignas:
TE, NYMEN, nobis praefter REX MAGNE BO-
RVSSAM!

Haec ego Pierio progressa Camena recessu
In Jani templo plenis effata recluso
Buccis, atque DEO sacrans altaria SOLI
Extinctis primo stellis oriente videbam
Hinc illinc doctam pede festinare iuventam.
Praereliquis aliis aduertens flectere gressus
Aedis ad ima suos alacrem penetralia gentem
Mirabar. Gestans isthac in pectore summo
Conglomerata cohors celeberrima Virginis altis
Turribus obfceptae geminis insignia. Templum
Omne ferit plausus. Vestigia nostra premendo
Mox repetita, genu curuato, verba canebat:
TE, NYMEN, NOBIS PRÆSTET, REX MAGNE BORVS-
SÛM!

Tunc imitata dabat nouies ac amplius astris:
VOS, NYMEN, PROCERES NOBIS PER SÆCVLA PRÆ-
STET,
Illustres stirpes celebri de sanguine natas!
Duplicat antiquum generis iubar enthea virtus;
Infudit VOBIS sapientia lumen, amica.
Caecutiant alii. VOS, VOS penetrare valetis
In rerum tenebras, patriaeque videre salutem.
VOS, NYMEN, PROCERES NOBIS PER SÆCVLA PRÆ-
STET!

Quorum circumdat faciles clementia vultus;
Quorum de meliore diu formata metallo
Corda beat numquam Musis audita voluntas.
Tristis abit nemo. Quoniam ceu flumine largo
Munera consiliumque scatent ex fontibus istis.
VOS, NYMEN, PROCERES NOBIS PER SÆCVLA PRÆ-
STET.

Nec quoque iam primi voti repetitio VESTRAS
Aures offendant placidas, quod quaesumus vnum.

Nostra quidem pietas loquitur. Nos atque per actus
Munificos VESTROS fando iuuat ire. Iuuaret
Aurum ferre magis, modo nil obstaret egestas.
VOS, NVMEN, PROCERES, NOBIS PER SÆCVLA PRÆ-
STET!

Poenitet Indigenas canti recinisse sodales
Carminis haudquicquam, Toties indigna nec audent.
Augusti Claudii laudes & semper eandem
Sex decies populo licuit cantare Quiritum (*)
Inque pari causa verbis vtamur iisdem:
VOS, NVMEN, PROCERES, NOBIS PER SÆCVLA PRÆSTET;
Vt VESTRVM posthæc opus incluta fama patentes
Orbis per partes æternis transvehat alis,
Cui, deuota manus Phoebo variisque coruscans
Artibus, at VESTRIS opibus nutrita, perennem
Laudum suppeditet segetem VESTRIque fauoris,
VOS, NVMEN, PROCERES, NOBIS PER SÆCVLA PRÆSTET,
Saepius vt VOBIS soluant praeconia lactae
Annua Thesbiades. Sero videatis olympum.
Arbiter Omnipotens Illustris prospera stirpis
Germina cuiusuis VESTRUM super aethera pandat
Fenore centuplici VOBIS ferat omnia tellus.
VOS, NVMEN, PROCERES, NOBIS PER SÆCVLA PRÆSTET!
TE, NVMEN, nobis praestet, REX MAGNE BORVSSUM!

Talia percussis ego quacuis auribus hausi.
Fidaque conatus interpretes gloriæ omnes
VESTRORVM; Maior quibus est ablata facultas
Dona reponendi donis meliora. Vt ipsa
Caucasæis feror tigribus nunc Musa videret
Agminis incensos VESTRI pietate flagranti
Si vellem motus extinguere. Pergite linguis:
VOS, NVMEN, PROCERES, NOBIS PER SÆCVLA PRÆSTET!

(*) Cum Claudii steras fenatus legitur: Augusti Claudii, Diu Te nobis praestet! Dicitur
est sexagesima vid. Trebell. Poll. in Claud.

* * *

2°

Gb 956,

ULB Halle
001 594 781

3



St 2

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

WOM





LAVDES ANNÆ,
 PERILLVSTREBVS, REVERENDISSIMIS,
 TATE GENERIS & VIRTVTVM
 ESTANTIA FVLGENTISSIMIS,
 TI DVCATVS MAGDE-
 BVRGICI,
 DINIBVS,

ALMA FRIDERICIANA,
 PSIS IANVARI CALENDIS
 SVB
 CID MDCCXIX.
 ANNI AVSPICIVM,
 MENTIS OBSEQVIO, & QVO PAR EST ANIMI
 ADFECTV CVLTVQVE,
 DICIS GRATVLABUNDIS,
 DICTAE, DICATAE
 A
 MENSARVM PROVINCIALIVM.

HALAE MAGDEB.
 STEPHANI ORBANI, Acad. Typogr.

